Fragmentarium

10

legit te. Reges tharsis. [red] ostis herodes

Omnes de saba uenient [red]

Magi uidentes stellam dixerunt ad in
uicem hoc signum magni regis est ea
mus et inquiramus eum et offeramus
ei munera aurum thus et mirram. Magi

Corda nostra quesumus domine [red: Coll.]
uenture festiuitatis splen
dor illustret quo mundi tenebris
carere ualeamus: et perueniamus
ad patriam claritatis eterne. Per.

Nulla suffragia dicantur. [red: Ad completorium]

Omnes de saba uenient [red: capit.]
aurum et thus deferentes
et laudem domino annunciantes

[red] Nouum genus tria sunt munera

Stella ista sicut flamma choruscat
et regem regum demonstrat magi eam
uiderunt et Christo regi munera optulerunt. Ps.
Nunc dimittis

Deus illuminator omnium
gentium da populis tuis
perpetua pace gaudere et illud lumen
splendidum infunde cordibus nostris
quod trium magorum mentibus
inspirasti. Per.

Afferte domino filii dei adorate [red: In ...]
dominum in aula sancta eius. Ps.

Psallite deo nostro psallite psallite regi
nostro psallite sapienter. Omnes gentes

Omnis terra adoret te et psallat tibi
psalmum dicat nomini tuo domine. Jubilate

Omnes de saba uenient. [red: Lectio]

Celebrato proximo die quo
intemerata uirginitas
humani generis edidit
saluatorem: epyphanie nobis
dilectissimi ueneranda festiui
tas dat perseuerantiam gaudiorum:
ut inter cognatarum sollempnita
tum uicina sacramenta exulta
tionis uigor et feruor fidei torpes
cat. Ad omnium enim hominum
spectat salutem quod infantia me
diatoris dei et hominum iam u
niuerso declarabatur mundo cum
adhuc exiguo detineretur oppidulo.
Quamuis enim ysrahelticam
gentem et ipsius gentis unam
familiam delegisset de qua na
turam uniuerse humanitatis
assumeret: noluit tamen intra
materne habitationis angusti
as ortus sui latere primordia.

Register en Protocol van ... Vierschaere van ... Poort van Rupelmonde
Beginnende metten 23 January — 1590 tot en metten 9 februarij — 1593

Per varios casus per tot discrimina
Rerum tendimus in latium
Dulce ...

Ferie van Rupelmonde

License: public_domain – Gent, Rijksarchief te Gent, Varia D, nr. 3360/1, fol. [3]r – Noted breviary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-pj8m/5461/51878)